



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXIV. Verbis Danielis cap. 7. 21. & 8. vers. 23. non describitur
Romanus Pontifex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Luther. ti-
morem pel-
lere cona-
tur.

cit ielum & terram, & mare, & omnia que in eo sunt, & fontes aquarum.

Lutberi verbum est, timorem Dei perniciosum esse, magis peccatores facere. Vetat considerari Christum ut iudicem, & vindicem.

Deinde docet fiduciam, quæ omnem timorem excludit. Angelus timere Dominum iubet, quia venit hora iudicii ejus: At timere Dei iudicium, ac penas iudicio decretas & Lutherani & Calviniani iudicant esse fremitum contra Deum, & ad desperationem deducere, hic autem Angelus ad crimina, & blasphemias nequaquam adhortatur.

Nec Angelus ille est Wicleffus, ut Pareus putat. Nam Angelus hic non docet hæreses, at Wicleffus multas hæreses protrahit, quas etiam non potest inficiari Pareus esse hæreses: In Concilio Constant. sess. 8. & 45. numerantur articuli 45. quos Concilium damnauit, & Pareus ex his quoque damnare debet nonnullos.

Quantum articulum, si Episcopus, aut Sacerdos existat in peccato mortali, non ordinare, non consecrare, non consicere, non baptizare.

Angelica
dogmata
Wicleffi.

Sextum, Deum debere obedire Diabolo.

Decimum, Contra Scripturam sacram esse quod viri Ecclesiastici habeant possessiones.

Vndecimum, Nullum Prælatum debere aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum à Deo, & qui sic excommunicat, fieri ex hoc hæreticum, & excommu-

Cur hæc in
Republic.
inducun-
tur.

nicatum. Decimum quintum, Nullum esse Dominum civilem, nullum esse Prælatum, nullum Episcopum, dum est in peccato mortali.

Decimum septimum, Populares posse ad suum arbitrium Dominos delinquentes corrigere.

Vigefimum septimum, Omnia de necessitate absoluta euenire.

Vicifimum nonum, vniuersitates, studia, Collegia, graduationes & Magisteria in eodem esse vana gentilitate introducta, & tantum prodesse Ecclesiæ, sicut Diabolum.

Quadragesimum tertium, Iuramenta illicita esse, que sunt ad corroborandos humanos contractus & commercia civilia.

Quadragesimum quintum, Omnes Religiones indifferenter introductas esse à Diabolo.

Veteres Pō- Alios collegerunt alii, ut Matrimonium lege diuina
tifices agno- licitum esse inter fratres, & sorores, nec nisi humana ordina-
uit ad Vr- tione inter dictum, ita l. 4. dialogi c. 20. Et quod omni-
banum VI. no blasphemum est. Creaturam quamlibet esse ac vocari
qui animum posse Deum, quod illius perfectio sit in Deo, ut in sua caussa, &
1378, sedit. quidem modo idealis & exemplari.

Wicleff Quid vero illud? Quod vsq; ad Vrbanum veros Ponti-
multa Ca- fices agnoscat, cum Caluinus Gregorium vltimum putet? Cum
alij à Lino & Cleto Antichristianos auspicentur? Ver-
ba ejus sunt errore nono. Post Vrbanum Sextum non esse
alium Pontificem suscipiendum, cum Vrbanum vero communi-
cationem habuit, si igitur verus Angelus est Wicleff,
omnes Prædicantes damnantur, quia possessiones
habent, non quantas vellent, sed quantas aula per-
mittit.

Multa ille Catholica retinuit, quæ Calviniani de-
testantur. l. 2. c. 4. meritum agnoscat. & l. 3. c. 2.

Fidem ponit in intellectu, & à spe distinguit. l. 3. c. 2. quod
est contra Calvinianos.

Fidem habere meritum. ibidem.

Fidem & spem tribus modis distinguit. libr. 3. c. 3.

1. Spes est solum de eterno premio, fides de omni alia veritate.
2. Spes quietatur in quodam actu medio inter dubietatem, &
credulitatem. 3. Spes est tantum de bono possibili, fides de ma-
lo etiam, quæ sunt contra Caluinum.

C. 3. l. 3. ait Deum approbare & necessitare ad peccatum,
sic necessitare creaturam peccabilem ad peccatum. Hoc Cal-
uiniani multi negant, & recte.

Cap. 5. ait, peccato aliquo gratiam exstingui. Rigidus
igitur hac in parte est.

Cap. 6. Multos præcitos, hoc est reprobos, ait, esse in præ-
senti gratia.

L. 4. c. 1. Agnoscat septem Sacramenta.

L. 4. c. 20. Matrimonium vocat venerabile Sacramentum.

L. 4. c. 22. agnoscat purgatorium.

L. 4. c. 24. Contritionem vocat dolorem sufficientem ad
peccati deletionem, & penitere est peccata plangere, & plan-
genda non committere.

Hæc aliaq; tam docet aliena ab hodierno Calui-
nismo, ut mihi magis ridiculus sit visus Pareus, dum
Wicleffum canonizat, & angelum facit, quam cum
dixit, Calvinianos, & Lutheranos in vno tantum ar-
ticulo, eoque non toto discrepare. Sed ex aeterno
dæmone Angelus fieri sine ingentibus mendaciis
non potest.

Excusat se tamen Pareus: Non displicet Brich-
manni coniectura, significari hoc volatu inter vtrumq; im-
perfectionem doctrinæ initio ab illis Doctoribus prolata. Licet
enim errores crassiores Papa viderent & reprehenderent: ta-
men aliquid adhuc de seculis terrenis in multis adhærebat,
ut non plenis alis sese in summum cælum efferre possent. Ut
enim qui diu in tenebris delituit, repente prodiens in lucem om-
nia oculis caligantibus adspicit: ita qui in tot seculorum
Papatus tenebris detenti fuerant, protinus haud poterant, nisi
caligantibus oculis lucem Euangelij aspicere, sed primum
hoc absurdum est: Angelum esse tam ignorantem,
tam blasphemum, & mitti tanquam Magistrum om-
nibus sedentibus in terra, super omnem tribum, & gen-
tem & linguam, & populum. Angelum inquam gene-
ralem mundi Doctorem, tenentem Euangelium æ-
ternum tam solenniter à Deo missum, tot errores
nomine Euangelij æterni circumferre. Si igitur in
tam multis Angeli aberrant, non est causa cur illis
credamus. Nam pluribus in rebus nobiscum sentit,
quam cum Calvinianis Wicleffus.

Angelus ille
cæcutiebat,
& caliga-
bat.

Si Angelus
tot modis
errauit, cur
non nobis i-
gnoscat,
quos errare
sint?

Cum verò Angelus ille venerit eo tempore, quo
bestia secunda, fecit homines adorare imaginem pri-
mæ bestie, aduersarijs autem prima bestia sit Imperi-
um, seu Imperator, altera Papa seu Papatus, & non-
dum Papa iusserit adorari imaginem Imperatoris, aut
Imperii, aut gerere ejus characterem, necdum etiam
venit ille Angelus, non igitur Wicleffus fuit. Tres
igitur illi Angeli tres erunt præcipui Doctores, Anti-
christi tempore, qui bestie repugnabunt, qui veram
doctrinam promulgabunt.

CAP V T XXIV.

Verbis Danielis c. 7. 21. & 8. vers. 23. non
describitur Romanus Pontifex.

S. 1. V Erba Danielis c. 7. v. 21. Aspiciebam, & ecce cornu
illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præuale-
bat eis: donec venit antiquus dierum & iudicium dedit sanctis
excelsis, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti.
Et sic ait: bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod
maius erit omnibus regnis, & deuorabit omnem terram, &
conculcabit & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius
regni, decem Reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse
potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit. Et sermo-
nes contra Excelsum loquetur, & Sanctos Altissimi conteret:
& putabit quod possit mutare tempora & leges, & traden-
tur in manu eius vsq; ad tempus & tempora, & dimidium
te nitoris.

Verba Danielis Prophetæ c. 8. sunt. Et post regnum
eorum cū creuerint iniquitates, consurget Rex impudens facie,
& intelligens propositiones, & roboretur fortitudo eius, sed
non in viribus suis, & supra quam credi potest, vniuersa vā-
stabit.

stabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius, & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra Principem Principum consurget, & sine manu conteretur. Et visio vespere, & mane qua dicta est vera est. Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit.

Et cap. 11. 36. Et faciet iuxta voluntatem suam Rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum: & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia, perpetrata quippe est definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis feminarum, nec quemquam Deorum curabit, quia aduersus vniversa consurget. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur, & Deum quem ignorauerunt Patres eius collet auro & argento, & lapide pretioso, rebusq; pretiosis. Et faciet vt muniat Maozim cum Deo alieno quem cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. Et in tempore presinito prallabitur aduersus eum Rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illum Rex Aquilonis in curribus, & in equitibus, & in classe magna & ingreditur terras & conteret, & pertransiet & introibit in terram gloriosam & multi corruent. Hæc omnia inquit, facit Pontifex. Ex Paulo Laurentii referam, nam multieadem scribunt.

Calumnia ingentes. Primo ait conc. 1. Pape legatum Tezelium docuisse. Rubram crucem cum Pape insignibus habere eandem vim quam habeat crux Christi.

Vnus auctor ostendatur, qui ira doceat. Secundo. Indulgentias esse gratiam iustificantiem.

Tertio. Indulgentiis sine penitentia peccata dimitti.

Quarto. Etiam futura peccata sermittere. Hæc de doctrina.

Quinto. Papam vocari מלך Regem illum certum, qui Antiocho respondeat malitia, & criminibus.

Sexto. Bonifacium VIII. Alberto negasse confirmationem, qd se Regem & Pontificem diceret. Regio etiam ornata incesisse, dixisseque, Ecce duo gladii hic.

Supremus iudex non habet iudicem. Facit, quod licet Dei minister est. Septimo. Scripsit Philippo Regi Francia, scirete volumus quod & in spiritualibus, & temporalibus nobis subes.

Octauo. Exlex est, & a nemine iudicari vult.

Nono. Faciet quod vult.

Decimo. Eleuabit se contra Deum.

Vndecimo. Dicit se omnia posse, qua Deus potest.

Duodecimo. Deum se facit, distinct. 96. c. 7. Satis.

& conc. 2.

Tertiodecimo. Dicit se Vicarium Christi.

Quartodecimo. Agnum Dei aquat sanguini Christi.

Christi Agnus sacra- tus ob preces Ecclesia per modum impetrati- onis aduer- sum pecca- tum est. Ita Urbanus V. ad quendam Græciæ Imperatorem misit, & scripsit, peccatum frangit, vt Christi sanguis, & angit.

Quintodecimo. Matrimonium tollit, libidines cæteras permittit.

Sextodecimo. Maozim colit, & idolo latra efficitur.

Septimodecimo. Pius IV. octoginta Euangelicos occidi iussit, alii multas persecutiones instituerunt.

Matthias Hoë in præf. de Thaumasiandro Luthero, tempore Iulii II. ait, decies centena milia occisa esse.

Verum hæc partim falsissime, partim malignissime sunt narrata, nos Scripturam interpretemur, sed incipere præstat à c. 7. v. 24.

Reges illi varie accipiuntur. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt, & alius surget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit.

In Chaldaeo est, מלכות מלכות minah, malcuta, ex regno enim consurgit, ille vero alius dicitur fore illis potentior, siue vt Chaldaeus habet, (hoc enim caput à Daniele Chaldaicè non Hebraicè scriptum est) שבע antecellens cæteros, seu differens præ cæteris, quod editio Romana Græca non de potentia simpliciter, sed de impietate interpretatur, & ὁ ὑπεροχὸς τῶν ἄλλων τῶν βασιλέων, alia tamen editiones nomen τοῖς βασιλεῖς omiserunt. Cornu paruum Porphyrinus

olim dixit, esse Antiochum qui dictus est nobilis, seu Epiphanes. Ita & Bruchthonus, Iunius, Tremellius, quæ hæc decem cornua sic enumerant.

1. Seleucus Nicanor.
2. Antiochus Soter.
3. Antiochus Soter.
4. Seleucus Callinicus.
5. Ptolomæus Euergetes.
6. Seleucus Ceraunus.
7. Antiochus Magnus siue Hierax.
8. Ptolomæus Philopater.
9. Seleucus Philopater.
10. Antiochus Epiphanes.

Tres Reges humiliati ab Epiphane,

Ptolom. Philopater.

Seleucus frater Epiphanis.

Demetrius.

§. 3. Hæc sententia facile refutatur omnibus illis argumentis, quibus probatur, ad quartam bestiam, quæ est Romanum imperium pertinere paruum cornu. Ille tamen error Calvinistarum pro nobis est, quia ex eo constat incertam esse de Pontifice conjecturam, cum illorum primores eorum Prophetiam ad Christiana tempora nequaquam producant. Sed quia veritate non alieno errore nitimur, hanc quoque opinionem confitemus.

Primo avisogayilla sententia continet, vel enim cum decimum eum faciunt, enumerant solos Reges Syria Seleucidas, & eo modo octauus fuerit Epiphanes, si addunt duos Ptolomæos, Euergeten, & Philopator, pari ratione Ptolomæus Lagi iungendus erit, qui vtructor est Ioseph. I. 13. antiq. Syriam, & urbem occupauit. Et Ptolomæi filius, qui dictus est Philadelphus, sub quo facta est conuersio 72. interpretibus.

Secundo in tribus regibus humiliatis non conueniunt Porphyrus Philometorem, Euergeten, Ægyptios, Artaxiam Armenum iudicat. Calviniani hunc Demetrium statuunt. At non magnopere Ægyptios humiliavit, nam infecta re discedere coactus est. Sed neq; Epiphanes reliquis potentior fuit, sed exhausto arario miser, & egens, vt testatur historia Maccabæorum. Certè Seleucus Nicanor victo Lysimacho latius imperauit, ipse etiam Antiochus Magnus, alii que.

Altera sententia est: cornu paruum esse Turcam, ita Annii, Pintus, Vatablus, ipse Lutherus & Strigelius. Sed tamen de tribus regibus quos Turca humiliarit res inter eos non conuenit: alii n. regnum Arabicum, Ægyptiacum, Asiaticum. Lutherus pro Arabico posuit Græcum regnum. Additq; non plura dejecturum ante diem extremum iudicii. Quod si verum est, nec Germani, nec Itali metu istius tyranni neri possunt, ipsa etiam Panonia ejus viciniam non exhorrescet. Daniel hanc sententiam refutat, cum a-ir esse reges non regna, & reges deiciendos. Quod Luther. audacter pronunciat, Romanorum Monarchiam esse diuisam in 10. regna, nempe, Syriam, Ægyptum, Asiam, Græciam, Italiam, Galliam, Hispaniam, Africam, Germaniam, Angliam, more suo libere magis quam considerare loquitur. Quid enim de Illyrico, Istriq; regionibus, atq; adeo Mesopotamia dicemus? Deinde Turca plura regna tenet, Syriam, Ægyptum, Asiam, Græciam, Africam. Vt taceam Hispanias per octingentos annos à Saracenis possessas, quinque igitur vel sex cornua dejecta sunt.

§. 4. Impia est & blasphemica sententia Iudæorū cornu paruum esse Christum Dominum, qui à paruis initiis cepit, fabri filius, & latronum in cruce collega, & Apostoli piscatores. Secundo, locutus est ingentia, esse se filium Dei. Tertio mutauit tempora & leges Quarto regnauit per tempora & tempora & dimidiū temporis, nā ab ejus baptismo ad crucē sunt 33. anni.

Quinto

Hæc verba doctores ad Græcā Monarchiam referunt.

Ad Græcos non pertinet.

Epiphanes inferior multos regibus fuit.

Luther. de Turca interpretatur

Iudæi paruum cornu autem d. se Christum Dominum.

Quinto contritum est cornu hoc à populo Sancto-
rum, à Synagoga, at eos Christiani & Turcæ sibilis
excipiunt, vel eo maxime quod post hoc cornu con-
tritum regnum non datur populo Dei, id est, Iudæis,
sed excidium accidit, & totæculum captiuitas, de-
inde si cornu paruulum est Christianorum regnum,
quomodo illud tria tantum regna in Imperio Roma-
no obtinet? quæ illa tria, & quæ reliqua septem? de-
inde non sunt Christiani, qui Iudæam exciderunt,
sed Christianorum hostes Vespasianus, Adrianus, al-
lii, reliqua non conueniunt in sequentium explicatio-
ne dicitur.

Hos imitantur nostri temporis Sectarii, & quod
in Christum conferre non audent, in ejus Vicarios
euomunt.

**Perum est Antichri-
stus.** §. 5. Vera est igitur sententia Patrum plurimorum
cornu paruulum esse Antichristum, Ergo dicamus, (in-
quit Hierony. hoc loco) quod omnes Scriptores Ecclesia-
stici tradiderunt, in consummatione mundi, quando regnū de-
struendum est Romanorum, decem futuros Reges, qui orbem
Romanum inter se diuidant, tum vndecimum Regem surre-
cturum paruulum, qui tres Reges de illis septem separaturus
sit, id est, Ægypti, Africa, Æthiopie Reges quibus interfectis
etiam septem alii Reges colla victori submittent.

Vnus igitur Rex Antichristus, qui tres Reges eo-
dem tempore regnantes subijciat, vt recte ait Theo-
doretus. Quod si, inquit, non eodem tempore imperarunt,
verum singuli superioribus succedentes, aliis aliis, quomodo iste
tres superiores eodem tempore humiliabit? Graferus in pla-
ga in c. 13. ait: Illud caput Ioannis ducere nos in acropoli
Antichristi & conuenire cum cap. 7. Dan. Verum nihil
ad Pontificem illa pertinere disertis verbis probo.

**Pontifex
tres Reges
non humili-
auit.** §. 6. Primo Pontifex tres Reges non humiliavit,
vel enim loquimur, de ejus imperio temporali, &
hoc parte latij non magna continetur, vel de pote-
state spiritali, & illa in omnes Reges, & regna Chri-
stiana semper fuit, non in tria duntaxat. Eam, adhuc
Germania, Gallia, Italia, Hispania, Polonia, aliaq;
regna agnoscunt. Itaq; nihil hac in parte coheret; ori-
turque inuictum argumentum pro Catholica fide.
Pontifex Romanus post decem Reges, qui Roma-
num orbem tenuerunt diuini, non est exortus, nec
tres ex illis Regibus humiliavit, non est ergo Ponti-
fex hoc cornu paruulum.

Hinc ad alia gradum facio. Non est iudicio pluri-
morum Pontifex hoc cornu paruulum, nec esse po-
test, non est ergo etiam rex ille de quo c. 8. agitur, nec
bestia Apocalyptica. Nam hoc cornu, & illum Re-
gem, & bestiam Apocalypticam vnum regnum, seu
Monarchiam sectarij affirmant. Si itaque hoc cornu
nihil ad Papæ regnum facit, nec ergo illa bestia. Quæ
enim non conueniunt cum aliquo, etiam non con-
ueniunt cum illo, quod idem est cum aliquo.

**Pontifex
non dicit se
Deum.** Deinde n. 25. Et sermones contra Excelsū loquetur, &c.
Chaldaus textus quo vsus est Daniel, ait
עליון דבר בלתי עולה quod est proprie, loquetur sermones
ad partem vel ex parte Altissimi. LXX. vertunt, λόγους
πρὸς τὸν ὑψιστον λαλῶν. Sermones ad Altissimum loquetur.
Symmachus teste Hierony. vertit. Sermones quasi Deus
loquetur, vt qui Dei assumit potentiam, verba quoq;
diuinæ sibi vendicat maiestatis. 2. Thess. 2. ostender se
tanquam sit Deus. Hoc Pontifex non facit; non est er-
go cornu illud, de quo Propheta Daniel loquitur.
Minor certa est apud omnes legitimos iudices. Pon-
tifex enim se hominem, peccatorem, seruum Dei, ser-
uorum Dei seruum profitetur. Omni die peccata sua
Deo confitetur; sæpe etiam Sacerdotibus, in faciem
eorum Deo prosternitur. Quæ omnia hominis sunt,
& hominis Deū cognoscentis, suam imbecillitatem
gementis, non diuinitatem affectantis.

§. 7. Hic insurgunt omnes. Primo, qui à nemine vult iu-
dicari, ille se Deum facit, sed Papa à nemine vult iudicari, ergo

diuinitatem affectat. Nam si Papa innumeras animas secum
ad inferos trahat, tanta est eius superbia, vt nolit sibi à quo-
quam dici cur ita facis? Integrum tibi locum ex Episto-
la sanctissimi Archiepiscopi Moguntini & Martyris
Bonifacii ascribam, nam pars habetur dist. 40. can. 6.
S. Papa. Verba Bonifacii sic habent. Sancta Romana
Ecclesia priuilegio specialis auctoritatis diuinitus, & humani-
tus caput omnium Ecclesiarum post Christum Iesum effecta,
secundum Antiquitatem, vel rectoris sui qualitatem, & valetudi-
nem afficit totius Christianitatis membra, vt illius incolumi-
tati sua respondeant incolumitate, & congaudeant: & nihil-
ominus eius languoribus suo languore consentiant: & sicut e-
ius gloria iuxta Apostolum conglorificatur, sic eius detractione
deiciuntur, vt illud Propheticum in eo præcipue compleri de-
prehendatur (Omne caput languidum & omne cor merens, à
planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas) Et, reuer-
a tantæ reuerentia apicem præfata Apostolica sedis omnes suspi-
ciunt, vt nonnullam Sanctorum canonum disciplinam, & an-
tiquam Christiana religionis institutionem magis ab ore præ-
cessoris eius, quam à sacris paginis, & paternis traditionibus
expectant: illius velle illius nolle tantum explorant, vt ad eius
arbitrium suam conuersationem & ipsi remittant aut inten-
dant. Quod si, vt summopere sibi, & omnibus expedit, zelo
domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator &
prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irrepre-
hensibilem se se conseruare studuerit, vt fere fatear vniuersum
pene mundum, secum attonitum, & sollicitum post Deum cur-
rere facit, ex virog, sexu populos diuersa professionis, conditio-
nis & ætatis cateruatim in Domino suo super omnia bona ip-
sius constituendus ducit. Si vero sua & fraterna salutis negli-
gens deprehenditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & in-
super à bono taciturnus (quod magis officit sibi & omnibus)
nihilominus innumerales populos cateruatim secum ducit,
primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum
vapulaturus: cuius culpas istis redarguere præsumit mortali-
um nullus: quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudican-
dus, nisi forte deprehendatur à fide dei: pro cuius perpetuo
statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam
salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt pro-
pensius pendere. Saluo enim diuina omnipotentia mysterio, vt
dignum est, loco ab ipso secundo illud B. Iob non incongrue ap-
tari sanctæ Romanæ Ecclesiæ potest: (si destruxerit, nemo est,
qui adificet: & si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei:
si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emisit eas,
subuertent terram) nec immerito: cum ipsa specialius in Pe-
tro cæli, terræ, retinet habenas. Hac cum omnium fidelium
in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius seriri
disciplina, vel emendari censura, iuxta illa Prouerbia Salo-
monis (Ne dimittas legem matris tue, ligam eam in corde tuo
ingiter: qui enim abiicit disciplinam, infelix est: & stultus ho-
mo despicit matrem suam) & rursum (Est maledictus à Deo
qui exasperat matrem & maledictio matris eradicat funda-
menta) illa virg, quæ arrogant, diuisa à sede illius, cui diuini
est (Tu es petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam
meam) & super arenam concupiscentie carnalis, seu humane
presumptionis probantur posita: cursus riuus minime prospera-
tur, si à suo fonte diuidatur.

§. 8. Hoc est, q. omnium libros occupat, quasi tan-
tum jus Papæ tribuamus. Hic exclamationes, & pe-
dum suppositiones sunt. Sed nos tamen auditi fas est.
Primo, Verba sunt Bonifacii viri sancti. Secundo sen-
sum verum verba habere possunt. Nam sensus est to-
tius canonis, quem titulus præfert; Damnatu Aposto-
licus, qui sua & fraterna salutis est negligens. Nam anti-
theta duo sunt, primum est: Papa fidelis dispensator
mundum post Deum currere facit. Alterum est, si vero ne-
ligens, nihilominus multos populos secum in gehennæ vapu-
laturus ducit. Propter ejus enim vel exempla, vel ne-
ligentiam pereunt multi. Damnatio igitur illi in-
cumbit, si negligens sit.

Verum hoc offendit, quod ejus culpas nemo redar-
guat. Hujus quoq; sensus non est. Nulli licere monere potest Pon-
tiffex.

Calumni-
orta est ex
verbis San-
cti Bonifac-
ii Martyris &
Archiepi-
scopi.

Grauis-
mus morb-
est qui à cæ-
pite proma-
nat.

Exempla
Episcopi po-
pulus sequi-
tur.

Sine ratio-
ne trium-
phus.

Moneri, &
reprehendi
potest Pon-
tiffex.

Pontificem; nam multi viri graues multos moruerunt, & exemplum Paulus dedit, qui Petro in faciem restitit. Sane confessarius redarguere, & reprehendere potest, nec minus Cardinales, Episcopi, & quorum interest. Quid igitur est, quod redarguere possit negat Bonifacius? Hoc quod adjungit: Quia cunctos ipse iudicaturus à nemine iudicandus. Quia non est tribunal ad quod tanquam subditus citari possit. Neque enim à subditis quisquam ex auctoritate iudicari potest.

*Iuridicalis
accusatio
solitur.*

*Re non iu-
dicatur à
subditis.*

*Antichri-
stus conte-
ret sanctos
altissimi.*

*Calumnia-
rum caput.*

*Cui spirat
mendacia
folles.*

*Incendiarii
Lutherani
suorum.*

Atque hoc est, quod causa 17. q. 4. c. 30. Nemini. & caus. 9. q. 3. c. 17. cuncta. alijsque locis dicitur. Iuridicalis enim redargutio tollitur. Nec hoc mirum videri debet nostris sectarijs, qui ita omni iudicio reges eximunt, ut dicant eos esse Deo proximos, supra eos esse solum Deum omnipotentem, vide Guilelmum Barret libris de jure regio, in quibus veritatem & adulationes iuxta ponit, vincitur tamen adulandi desiderio, Si igitur reges non coguntur stare rei ad suorum subditorum tribunalia, cur cogatur Pontifex? cum ille quoque aliorum Episcoporum, & Regum subditus non sit?

§. 9. Obijciunt secundo, Antichristus sanctos altissimi conteret, hoc facit Pontifex. Ille igitur est illud cornu, ille Antichristus.

Mihi verò facilius ad innocentiam Pontificis indicandam illa verba interpretari fas erit, & in aduersarios retorquere. Verba ipsa magnam persecutionem indicant. לֶקְרָשִׁי עֲלֵי יְהוֹנָתָן Lekodesche ghelionin jeballe sanctos Altissimi, siue altorum: ita enim usurpat illud עֲלֵי יְהוֹנָתָן ghelionin, sicut Hebraei אֱלֹהִים Elohim plurali numero. Itaque non recte verunt nonnulli, sanctos altissimos siue supremos, qui cum ad regimen non attenderint, non debuerunt se præferre LXX. Interpretibus, qui verterunt τὸς ἀγίους ἁγίων. Conteret, Romana editio 70. habet παλαιώσας, vetustos faciet, seu vetustate consumet: Geneuensis verò παλαιώσας, decipiet. Iustinus καταργήσας, eueriet, alii καταργήσας humiliabit. Hæc an fecerit Pontifex queritur, varia adferunt, sed exempla suorum, quid enim Lutherani de Caluinianis martyribus sentiant, & è contrario, quid hi de illis, dixi in Iubilo, & in instructione, de Chronologia.

§. 10. Præ omnibus hoc obijcit Sigismundus Euenius in palma sæculari Lutheranæ-Euangelicæ p. 27. à regibus hisce ad subditos descensione facta (sicut initio statim reformationis Pontificij, & Ann. 24. Archiepiscopus Moguntinus in hac etiam nostra Hala in Euangelicos sæuixit) persecutionem vnam ex altera seuerunt, & martyria multiplicarunt sine fine, adeo ut ab Anno 1550. ad 1580. triginta annorum spacio nongenta hominum millia cæsa, & ab Antichristo trucidata sint, ijsque haud plebei omnes sed 39. Principes, 148. Comites, 235. Barones, 147511. Nobiles, reliqui ex plebe. Quid nuptiæ Parienses Anno 72. effuderint sanguinis Christiani ex historijs constat, ultra 30000. in illa laniena miserè occubuisse. Dux de Alaba valedicturus Belgio 18000. ob religionem se occidisse jactitat spacio sexennij. Et viuent adhuc Carolo V. ad quinquaginta millia Christianorum trucidata fuerunt eodem in Belgio: item ab An. 76. vsque ad Gandauensem transactionem 30. millia Hispanica tyrannide interierant. Nec in viuos modo sanctorum, sed nec cadaueribus parsum est. Hinc Buceri & Fagij corpora effossa cremata sunt Anno 1556. Cantabrigia in Anglia, pio prætextu, quoniam non solum perniciosam ac erroneam doctrinam sparsissent, sed familiam interfectarios ambo duxissent, non solum ipsi ab Ecclesia Catholica aberrassent, sed & alijs exemplum ab ea deficiendo dedissent: Esse contra sacra decreta & disciplinam, ut vel eorum qui tales sunt corpora Ecclesiastica sepultura tradantur. Adjuncta sunt incendia & venena, quibus certi emissarii hisce

laqueis liberatos perderent & trucidarent. Per Saxoniā varia exaudita fuerunt incendia, circa Ann. 41. deprehensi denique ex incendiariis atque complures capti, diuersis locis: habita quæstione plerique testificabantur ad extremum vsque spiritum, à præfectis & familiaribus Heinrici Brunsvicensis (contra cujus calumnias, quando scriptis inuectiuis Ducem Saxoniam hæreticum, seditiosum, Cainum, monstrum, Asopum, nulla nec corporis, nec animæ virtute prædium proclamauerat, eodem Anno scripserat Lutherus) accepta pecuniā se fuisse conductos atque summissos, ut id facerent. Imo de Pontifice Romano Antichristo, organo Sathanæ, Anno 46. quo bellum vigeat protestantium, cujus ipse Papa auctor primarius, à fide dignis spargitur, eum non modo superioribus aliquot annis per incendiarios conductos igni Saxoniam grauius afflixisse, sed tunc temporis etiam emississe veneficos, qui puteos & aquas stagnantes corrumpere, ut quod ferro superesset & armis, hoc isti veneno perderent. Itaque Protestantes movent in vniuersum omnes præsertim suæ ditionis homines, dent operam, ut Commissarij illi comprehendantur, & subiecti tormentis, cum de scelere constabit, poenam luant. Nuper enim, addit Ioannes Guilelmus Electoris filius, non procul à Vinaria oppido Thuringiæ comprehensum esse quandam ex suspitione Italum, qui sibi & nonnullis alijs Romæ datam esse pecuniā fatebatur nomine Pontificis, ut incendijs atque veneno, quantum omnino possent, per Germaniam damni darent. Nec Satan sui similis esse cessat. Anno siquidem proximo millesimo sexcentesimo decimo, die vndecima Iunij Monachus, qui duos pagos ad magistrum Equorum Cæsaris pertinentes igni accensos deformauerat, captius Pragæ adductus & Archiepiscopo vna cum aliorum præterea Bohemiæ Procerum, quorum prædij ignem subficere deberet, reperta apud eum designatione traditus est. Taceo exilia, in quibus tanta tyrannis occurrerit, ex eo solo patet, quod, sicut Mauritius Dux Saxonie ad ordines scripsit Anno quinquagesimo secundo, Concionatores & Ecclesiæ Ministros extra fines imperij passim ejiciant, & non solum legitimi, sed ne Pontifici quidem Concilij decretum expectent, & ab ipsa statim executione rem ordiantur. Taceo carceres aliæque sub & ab Antichristo Romano intenta suppliciorum genera.

§. 11. hæc ille, qui si consideret, Lutheranos, à Lutheranis, Caluinianis actos exilio, nihil omnino mirabitur, id aliquando egisse Catholicos. Sed hanc iniquam esse accusationem res ipsa docet, neque enim eos omnes Papa occidi iussit, neque tam multi sunt. Sed non fuisse sanctos altissimi, cum plerique fuerint Caluiniani, hos autem non fuisse martyres ipsa palma sæcularis docet. pag. 55. ita habet: Martyria visa tum infirmiora debetioris tenuiora, quam quippe hæreticos & perditos nebulones haud raro inuoluant, tum Lutheranæ professioni ac abnegationi Tyrannidis Papæ, non Zyvingliane nouitati ac blasphemis illata. Lenissimas vero opinionum quas iactant stipulas seu festucas, trabes potius crassissimorum esse errorum, ac blasphemiarum in Dei omnipotentiam, sanctitatem, misericordiam, Christi meritum, impiissimarum. Fucum denique in confessionibus & reformationibus manifestiorem esse quam qui diiudicatione egeat, quem quippe praxis haud raro hæcenus detexerit.

Deinde de numero Martyrum credit Caluinianus Testes de nis, quod facere non debuit. Cum in eadem palma Martyrum pagina quinquagesima quinta dicat. Ex mendaciorum sunt ipsorum horum (quorum seges fertilis admodum apud gentem Sacramentariam inuenienda, ut non immerito Beatus Lutherus non mendaces amplius Zyvinglianos, sed mendaciam ipsam vocandos arbitratus sit) censu primario ferè illud, Cret.

*Vnus testis
adducitur:
mendacia
illa sumpta
dicantur,
ut odia con-
stent Ponti-
fici.*

*Cui non
publico iu-
dicio deo
quaestio est.*

*Hoc quoque
fictum de
Monacho
non factum.*

*Idem Cal-
uiniani se-
cerunt.*

*Ipsæ Edu-
cator ex-
tetur in
fuisse mar-
tyres.*

Quales illi
Martyres
teste Calu-
miniore.

Tertio idem ille noster accusator fatetur eos, qui cæsi sunt, deliquisse. Secundo fuisse Sacramentarios. Tertio, ab ipsis seditiis punitos. Quarto, illos sibi illa pericula acceperuisse. Quinto, impetuose egisse, & à plebe Lutherana punitos. Sexto, ipsos Calvinianos crudeliter agere, ubi rerum potentiuntur. Folio 94. hæc omnia describit. Notum est, quomodo anno vigesimo nono initium reformationis Basileæ Sacramentarius Spiritus fecerit ab Iconomachia. Cum enim quidam hasta sua statuum alicujus Divi reuelaret, sic ut in terram delapsa confingeretur: ea occasione in plures deinde manus sunt injectæ, & armatiter centum ad templum missi, qui idola seu statuas passim in templis demolirentur. Cumq; è Senatu quidam accurrerent motus sedandi causa, respondens Iconomachi: quod vos totum jam triennium deliberatis, an fieri debeat, illud nos vna perficiemus hora, ne propter idola sit vllum posthac inter nos dissidium. Tertio die novem componuntur strues ante primariam adem & inflammata cremantur. Quod exemplum secuti sunt Waldenses Anno 61. qui similiter imagines ac altaria humi dejecerunt ac confregerunt. Simile quid in Delphinatu contigit Anno 62. ubi statuarum profligatores seditiosos minime dicendos esse statutum, qui cum veritatis patrociniū suscepissent, sui officij esse dicant tam de testandum, & pjs omnibus inuisum spectaculum è conspectu hominum tolli. Cum primis Anno sexagesimo sexto in vniuerso Belgio tanta Iconoclastiarum vehementia inualuit, ut paucorum dierum spacio Antuerpiam ac vicina loca plurima tumultu maximo & magna celeritate perualerit: Huic statuarum in latius infingunt, illi securi caput amputant: pendentes è cruce Christi imaginem funibus è sublimi detrahunt, detractam in frustra comminuunt, altaria subuertunt, hierohecas, ornamenta, aliumq; sacrorum apparatus dejiciunt & expilant, ac deniq; patrant, quæ nemo sanus aut prudens homo vnquam probaret. Hæc Comitibus adeo in statuas & idola populus exarserat, ut non quieturos se profiterentur, donec non tantum, quæ in templis supererant, sed & quæ in ædibus suis aliqui occultatas habeant, statuarum omnes in forum publicum allata & frustulatim comminutæ finem furori facerent. Sed non caruit suo præmio hæc temeritas ac seditio. Confœderationem nobiles, alijq; Ecclesiarum Patroni odio Iconomachorum nomine appellari nolentes, factum illud dejectarum hoc modo statuarum non modo grauiter improbabant, sed collecto etiam ad has operas tumultuario milite complurimos vbiq; cæperunt, inque cruce variis in locis egerunt.

Wilhelm.
Auracus
Iconoclas-
tas occidit.

Id quod Princeps Auracus Antuerpiæ etiam præstitit, primarios ex seditiosis comprehensos die 18. Octobris in foro publico, ut alijs terrori essent, in cruce agens. Quod si idem in Palatinatu, Anhaltinatu, Hassia & locis alijs fuisset factum, minus certe periculi & turbarum suo cum magno malo tumultuantes Sacramentarij coacti fuissent experti. Anno certe millesimo sexcentesimo quinto, cum in Reformatione Marpurgensi articulo ex tribus pro mutatione doctrinæ & Ceremoniarum propositis, secundo, statuas imaginesque ex templis ejiciendas esse statueretur, die sexta Augusti pro Concione idem inculcaretur: secuta sunt ex vnicuique hocce principio violento ejusmodi turbæ actumultus, ut Theologi Calviniani ad mortem ferè ab infaniente plebe pugnis & verberibus fuerint mulctati, inquit Artus Tomo decimo continuationis Sleidani libro 4. pagina 50. Ejusmodi catastrophæ scilicet rationes reformandi à verbo DEI alienas sequi necesse est.

Iconoclas-
mus Mar-
purgi dedit
tumultum.

Da man alles schnell Purdi / Purdi ansengt / mit Gänsten hinein treibet / vñnd so vñvorsichtig hinein plumper / vñnd noch den Ruhm dauon haben wil / als sey man besser / denn ein ander. Hæc consequuntur cū subito armis agitur, atque improvide ruitur, & ex eo rament, præ alijs excellentia quaritur. Vti Lutherus de Reformatione simili Carolstadiana scripsit Anno vigesimo secundo, sapienti addita *ἐμπερία*. Da hastu weit gefehlet / du wilt Gott damit dienen / vñnd weist nit / daß du eben des Teuffels Vortlauffer bist / der hat dich auff das Klemen Narrenwerck geführet / das Sacrament anzugreifen / vñnd sihet mich gleich an / als hetten die jenigen / so dieses Spiel angefangen haben / ihren Ruhm gesucht / so hat auch ihnen der Teuffel ihren Lohn gegeben. Longe aberrasti; Deo obsequium præstare voluisti, & ignoras dæmonis te anteambulationem esse, qui eo stulticia te redegit, ut Sacramenta violares; Mihi plane constat, eos qui negotium inceptarunt, gloriam propriam quaesisse; Itaq; Diabolus mercedem illis dedit. Hæc Lutherus, adde carceres, quibus sæuiunt in contradicentes errori suo, vti Anno 91. Crellius fecit, qui Doctori Martino Miro concionatori aulico Saxon. carcerem in arce Hohensteinia parauerat: sed iusto Dei iudicio ipse, post mortem Christiani I. accusatus, quod Duci Christiano religionis in Saxonia mutandæ & introducendæ Calvinismi auctor fuisset, quodque omnes in hoc suo proposito contradicentes è medio tollere decreuisset, &c. Currum ascendere iussus & spectante maxima hominum multitudine in hunc est compactus. Quæ omnia & plura alia tanta sunt, tamque insidiosa & atrocia ut præcaueri, vitamque fortunasque saluas, doctrinam vero ipsam illibatam ab ijs conseruari plane sit *ὄρεξεν* *ἐν δόλῳ*: Dei vero gratia est, quod non plane consumpti sumus, hic enim, licet aliquando oculis quasi clausis connexerit, & frænalibidini Sacramentaria laxauerit: paternè at tandem causæ suæ patrociniū suscepit, solus hostes fudit, confudit & liberationem populo suo & Ecclesiæ exoptatissimam præstitit: ut rueret Ilium ingens, periret Troja magna momento vno & fabula sacramentarium in fabulam exiret, & desineret in lætam *καταστροφήν* quam ipsi exitu *ῥεῖα* *ἡκιστα* claudere in animum induxerant suum.

Conatus sa-
cramenta-
riorum.

§. 12. Denique cur nobis objicit Lutheranus Calvinianorum supplicia, quasi innocentum, cum sciat eos in Gallia & Belgio immania ausos, qualia describunt Historici, cum illis de sua innocentia jactantibus credere non possint.

Nam primo folio 55. Ex horum mendaciorum (quorum seges fertilis admodum apud gentem Sacramentariam inuenienda, ut non immerito B. Lutherus non mendaces amplius Zwinglianos, sed mendacium ipsum vocandos arbitratu sit) censu primarium fere est illud, quo B. Lutherum certaminis sacramentarij authorem primum proclamare integro fere hoc sæculo non sunt veriti.

Calumniator ut Pontifici male-dicant ipsi mendacium credit.

Si sunt ipsum, ipsum inquam mendacium, cur credis ipsi mendacio contra Reges Franciæ, Hispaniæ, aliosq; Principes innocentiam suam asserenti: prius acta iudiciorum, & archiua examina, nec ita odetis pontificem ut mendacio ipsi non modo mendacibus credere malis, quam eum, & Reges Christianissimos, Catholicosque non infamare.

Sed domi tuæ te conuenio, inter tua præsidia pugnabis. Ajunt Calviniani se à Pontifice martyrio affectos, hoc est, innocentes, pro vera fide occisos. Hoc si credis, etiam testimonium contra tuos admittes, cur enim sint fide digni contra nos Martyres, & si luminis verba contra tuos faciant, sunt inestabiles. Scultenarrandum Calvinianum pag. 59. jubes roforbere calumnias nullas dies am cum reliquis quam efflauit: Deinde pergis: De sufficit, requibus (calumniis) se particulatim differere esset animus, dies sit Lutherianus rano.

Calviniani
de Luthe-
ranis.

Et in Boe-
mia tamen
conspirant.

Lutherano-
rum doctri-
na qualis
Calvinia-
nis?

Nunc in v-
num ubi-
late.

Prætex Cal-
vinianorum
in Luther-
anos.

Δόξα
ἀδωξ.

citius me, quam oratio deficeret. Calumniarum compendium ostendimus. Ecclesiarum nostrarum Doctores appellantur homines stolidissimos, Fanaticos, Philautos, Theologastros, Mathematicos, Sophistas nequissimos, Sycophantas, Theosophistas, Corporalistas, morosos, ambitiosos, proscriptores Pontificios, Homines Principum animos, suis calumniis in ignorantia detinentes, genitores Pandora, percitos furore, obliros omnis modestia & pudoris, superbos, feroces, flagitiosissimos Dominatores fidei, Nestorianos, Eutyrianos, Patronos Mahumetis, contumaces, inuictores paradoxorum & scandalorum, inhumanos, odio & ambitione fascinosos, pendentibus in cruce felle mixtum acetum porrigentes, Patres ubiquitatis, novos Dogmatistas, Dipnosophistas, Longodadalos, homines, præter omnem modum contentiosos, & pertinaces, recentes Capernaitas, malignos veteratores, flagitiosos, impie leues, Ubiquistas, coniuratos veritatis hostes, impudentissimos cauillatores, Acephalorum & Eutyriana hæresis renouatores, Phantasmaticos vera incarnationis Christi irrisores, conspiratam Schismaticorum factionem, Artolatras instauratores, deliros Sacramentarios, sincere doctrina assertores de Cæna Domini, instar piratarum per Ecclesiam nauigantium super ambitione & opinionibus, veritatem cum pace deprecantes, homines odio & inuidia excecatos, Sophistas nequissimos, novos fidei Magistros, præfignatores, veritatis & pacis hostes, coniuratos in oppressionem veritatis, impudentissimos cauillatores, rerum flagitiose signatos, manifestos hostes ac inficiorum omnipotentia Dei, Pseudo-Lutheranos ac Elaccianam factionem, Ἀνδρῶν ὁμάδης, ἡγετῶν ὁμάδης, ὁμοφύλων, carnuioros: Doctrinam vero nostrarum Ecclesiarum Symbolis Augustana Confessionis ac Formula Concordiæ comprehensam, flagitiosissimum errorem, fictum infelicem, Pandoram, Phantasma & Spectrum, laruam scenicam, absurdissimam impietatem, putidissimam ac Sophisticam vanitatem, hæresin mixtam ex Eutyriana, & Nestoriana, imaginationes phantasticas, insanissimam sententiam, execrandam blasphemiam, ludibriosum commentum, sacrilegam impanationem, corporalis præsentie idolum & commentum doctrinam impostoribus, non Theologis dignam, nugatorium commentum, execrandam Theologiam, Nestorianismum, Antichristianum cultum, idololatricum dogma, & quæ sexcenta huiusmodi Epitheta alia, fraterni erga nos affectus horum hominum indicia. Quæ omnia si, vitpar est, suscipi, deq. feramus: Entibi paratas insidias vitæ & Doctores Orthodoxis! videas, inquit Doctor Mylius in Synopsi Comædiæ Mispnicæ, à morte Augusti Electores constitutos coryceos, qui dicta, factaq. sincerorum Theologorum obseruent, conductos, qui lites iniustas intendent, & cum causis non possint, modo saltem agendi animas expugnent: preces & supplicationes, periculosas admonitiones, seditiosas excusationes atq. accusationes omnes capitales haberi atq. nominari ceptas, Computa viarum publicarum vtrunque haud procul ab vrbe aliquot mensium spatio obsita, tabellariorum omnium, qui vel ad urbem commearent, vel inde etiam remearent, sarcinulas apertas isti homines scrutati sunt, conquiritis omnibus, quæ vel à Wittebergensibus Theologis ad alios vel ab aliis ad ipsos conscriptæ erant literis, vt ex resignatis istis depromerent, vnde capitibus ipsorum pericula creare possent. Imo atrocior istud: Conscriptæ sunt ad Theologos literæ fictitiæ, quibus magna significabatur οὐκ ἀδωξ. erga miseram religionis faciem, solatium ad securum auxilium communicabatur, subsidia exaltaturis promittebantur, insuper missis vna cum istis fictitiis literis splendidis muneribus, vt, si quid penitissime reconditum in pectore haberent, quo prodito periculum ipsis creari posset, hoc artificio emungerent. Quæ in re industrius fuit Ioannes ille Maior Poeta Wittebergensis, qui ista hac arte optimum virum & Theologum insignem Doctorem Ioannem Mattheum, & conditione Academicæ & vitæ hac mortali exiit atq. spoliavit. Inseruerunt huic schemati Mutata Augustana Confessionis corburius vtrique pedi aptus, perfidia ac similes impostura, quibus Peucerus olim eiusq. socii summum suum Magistratum circumuenerunt, illuserunt, & de-ceperunt. Conuenerunt scripta ambigua & libelli famosi,

iure quasi suo quodam ab huiusmodi hominibus recepti, imo defensi publicè nuperrimè, quibus absq. fronte, & fonte fama bonorum suggillatur atq. traducitur, vt condemnationi iniusta & doctorum & doctrinæ gradus sterneretur propior: Inseruerunt edicta & decreta de non nominandis vel condemnandis Sacramentariis, eorundemq. blasphemis in concionibus ad populum, adiunctis relegationum seu exiliorum aliarumq. panarum horribiliorum minis, ipso demum facto non quiescentibus flabellis illis sanguinarius compendius. Imo compertis per tot exilia & penas similes, quibus ipso Antichristo clementiores vix existerunt. Nota sunt Aulici istius verba tempore Christiani Primi Ducis Saxoniæ: Si Saxonici isti molesti tibi esse perrexerint, eice illos, idq. saltem ex hoc capite, quia Ubiquitatem canonizare conentur; & eiusdem alterum Apophthegma: Nunquam rectè successura sunt res, nisi veterani, & quibus priorum temporum memoria conficit, & medio prius tollantur, Ne dicam de Personalibus Contentionibus, Prouocationibus ad Synodum.

His talibus quomodo potest inferri iniusta nex, aut tu qui tales eos iudicas quomodo seueritatem Christianorum Principum in inuidiam vocas, quod iusta ultione vigorem legum in eos exercuerint: si eos vere Martyres arbitrare, illa tuorum facinora agnosce. Eos vix clementiores in tuos ipso Antichristo prædicas, & martyrum elogio donas, & post Ubiquitatem Canonizas. Hæc faceres si quicquam prudentiæ reliquum tibi odia, atq; inuidia reliquisset? Tu illorum acta lege; Vnus alterue annus plures Catholicos in sola Francia, Belgioq; Calvinisticis furoribus mactatos vidit, quam totos sexcentos annos in vniuersum reos Pontificia tribunalia sustulerint.

Quod si vere tempora consideremus sanctos Calvinianorum inueniemus Berengarianos, Wicleffitas, Hussitas, imo Copronymos, Leones Isauricos, Henricos, aliosq; quos odio Pontificis canonizant. Itaque hinc ex Scriptura contra Lutheranos sic argumentor.

Cornu paruulum seu Antichristus sanctos Altissimi conteret, tantamque persecutionem concitabit quanta non fuit à tempore, quo homines esse ceperunt; at Pontifex in Lutheranos tantam persecutionem non instituit, multo enim plures morte, exiliis, carceribus Catholicos afflixerunt, quam à nobis illi passi sint. Quot enim Lutherani propter fidem perierunt? quis Ubiquitatis sanguinem dedit? Nam de pure Lutheranis, & Lutheranis vnius gentis queri duntaxat possunt; ceteris vero miscuisse se alios nebulones fatentur. Nos vero de toto Lutherismo negamus. Nonne enim tota Germania ferè dominati sunt, & tantas fecere strages, vt adhuc squalcant Tristitia semitæ altaria templis?

CAPVT XXV.

Papa non putat quod possit mutare tempora & leges.

§. 1. **C** Haldæus Danielis textus. Putabit mutare tempora, Græcus ὑποτάξω, existimabit, non enim poterit; ita Græcus Scholasticus; πρὸς δὲ οὐδὲν, ὅ μὲν ἐλαχίστος δύστηλος. Quid sit autem ἀλλοίωσις τῶν χρόνων ex adjuncto intelligitur, quia dicitur ὁ νόμος, & leges. S. Hieron. In tantam erigetur superbiam, vt leges Dei, & ceremonias mutare conetur, & eleuetur supra omne quod dicitur Deus, religionem cunctam suam subiciens potestati: Theodoretus; Opinabitur sepietatem, quæ tunc vigebit, funditus posse euertere. Illigitur tempora intellexerunt Ecclesiæ immutationem. Qui de Antiocho sunt interpretati, nomine temporum intelligunt Iudæorum solennitates, Sabbathata, Paschata, Pentecosten, festa tabernaculorum, dies expiationum, nouilunia, septennia, annos Iubilæos, & similia.

Quia

Martyres
Euangelii
non fuerunt
clementiores
in Lutheranos
quam Catholici.

Calumniantor mente
deiectus est.

Tempora
mutabit &
leges.

Pr
leg
par

20
des
om
fod